

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Monachus f
cum fonte primo

Quid tibi
ea uidere necesse est quorum
contemptu monachus esse cepisti?

quid tibi
necesse est ea uidere crebrius, quorum
contemptu monachus esse coepisti?
soror praecipue tua matronarum declinet
colloquia nec inter sericas uestes et
gemmas circumsedentium feminarum se
sordidatam aut doleat aut miretur, quia
alterum propositi paenitentia, alterum
iactantiae seminarium est. caue, ne quasi
fidelis et famosus tuorum quondam
dispensator alienam pecuniam
distribuendam accipias. intellegis, quid
loquar; dedit enim tibi dominus in
omnibus intellectum. habeto
simplicitatem columbae, ne cuiquam
machineris dolos, et serpentis astutiam,
ne aliorum supplanteris insidiis. non
multum distat in uitio uel decipere posse
uel decipi Christianum.

Quem censeris tibi aut semper aut
crebro de minimis loquentem, excepta
elemosyna que differenter omnibus
patet, institutorem potius habeto quam
monachum.

quem senseris tibi aut semper aut
crebro de nummis loquentem excepta
elemosyna, quae indifferenter omnibus
patet, institutorem potius habeto quam
monachum.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 58,
6, 3-4 (CSEL 54, I. Hilberg ed., p.536,
ll.2-16).

Prima uirtus monachi est contempnere
hominum iudicia et semper apostoli
recordari dicentis: Si adhuc
hominibus placerem, Christi
seruus non essem.

prima uirtus est monachi contempnere
hominum iudicia et semper apostoli
recordari dicentis: si adhuc
hominibus placere uellem, Christi
seruus non essem (Gal. 1:10).

Ieronymus in epistola ad Pammachum.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 66,
6, 1 (CSEL 54, I. Hilberg ed., p.654, ll.5-
8).